

Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei
 ... Osiensi, et ... Curoniensi Episcopis
 Salutem, et Apostolicam Benedictionem

Rex futhavie christianam religionem amplexus in beati Petri tutelam accipitur a nemine
 molestetur.

Multa cor nostrum, &c. ut in epistula proxima su-
 periori, verbis competenter mutatis, usque mo-
 lestare presumat. Quocirca mandamus, quate-
 nus dictum Regem non permittatis super his
 contra protectionis, constitutionis, et inhibitis-
 nis nostre tenorem ab aliquibus indebite
 molestari. Molestatores huiusmodi, moni-
 tione premissa, appellatione remota, censu-
 ris ecclesiasticis compescendo. Non obstanti-
 bus aliquibus sit indultum, quod suspen-
 di, vel interdicti, aut excommunicari non pos-

1851 88
sint per litteras aplicas non facientes ple-
nam et expressam de indulto huiusmodi
mentisrem, et constitutione de Duabus
diebus etc. Quod si non ambo his exequendis
potueritis interesse, alter vestrum ea ni-
hilominus exequatur. Datum Mediola-
ni XVII. Kalendas Augusti, anno Nono.

Descriptum et recognitum ex autographo Regesto
Literarum aplicarum f. r. Innocentii P. P. IV. an. IX.
epist. 2., quod adseruatur in Tabulariis Secretioni-
bus Vaticanis. In quorum fidem

Dabam e Tabulariis prefatis XII. Kal. Junii MDCCCXXXVII.
Indictione X. Pontificatus vero Anni in Christo Do-
mini, et Dni nri, Dni Gregorii P. P. XVI. an. VII.



M. Morini
Tabular. S. R. E. Praefectus



